



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

73. Ad dirimendos &c. Decretum super Cauthelis Angli, & Dilationibus
Quinquennalibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)

cupales, quàm illorum, illarumque Procuratores, Sollicitatores, Agentes, aut Expeditores quicumque, adversus huiusmodi Decretum attentaverint, non solum puniri valeant etiam penâ Carceris, vel alterâ arbitrio alterutrius Congregationis mediante organo Secretarii pro tempore, facto tamen verbo in ipsa Congregatione, sed ulterius quod Procuratores, Sollicitatores, Agentes, & Expeditores huiusmodi, ubi ipsi sint, qui ignara Parte, seu Principali attentaverint, omnino teneantur ad refectionem omnium expensarum, atque damnorum, quas, vel quæ per suos Principales hac de causa pati contingeret, vel contigisset, atque ad id summarie per eundem Secretarium, facto tamen ut supra verbo in ipsa Congregatione, opportunis Juris, & facti remediis compelli possint, & debeant. Et ne aliquis præsentis Decreti, & in eo contentorum ignorantiam ullo unquam tempore allegare valeat, illud Typis imprimi, & in locis solitis Urbis, nec non in Secretaria supplicum libellorum, qui Sanctitati Suae porriguntur, ac in singularum Congregationum prædictarum Secretariis affigi, & in earundem Congregationum registris inseri jubet, Ita tamen, ut dicta affixione in supradictis locis solitis Urbis dumtaxat secuta, omnes, & singuli ad illius omnimodam observantiam illic teneantur. Atque ita de expresso ordine, & mandato Sanctitatis Suae sibi specialiter injuncto decrevit, & nomine ejusdem Sanctissimi Domini Nostri servari mandavit hac die 4. Junii 1692.

Anfaldus de Anfaldis SS. D. N. Auditor.

Pro D. Successore D. Nicolai Florelli olim A. C. & Sac. Pal. Apost. Not. Angelus Montanus pro R. Cam. Administrator Deputatus &c.

Publicatio
4 Junii
1692.

Die, Mense, & Anno, quibus supra supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad Valvas Curiae, & in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Gregorium Staggium Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores Decanum.

Pro D. Mag. Curs. Hippolytus Petretus Curs.

LXXII.

Novissima Decreta Signaturæ Justitiæ.

FLAVIUS Miseratione Divina Episcopus Portuen, S. R. E. Cardinalis Chifius Signaturæ Justitiæ Sanctissimi D. N. Papæ Præfectus.

Commissio-
nes vigore
appellatio-
nis in Cau-
sis non ex-
cedenti-
bus scuta
so. expedi-
antur per Audi-
torem.

AD parcendum Litigantium expensis, & coer-
cendos insurgentes abusus, facto verbo cum
Sanctissimo, præcipimus, quod nemo imposterum
audeat proponi facere in Plena Signaturæ Commis-
siones appellationum in causis non excedentibus
summam scutorum quinquaginta monetæ, sed pro
illis impetrandis, & signandis cum clausulis oppor-
tunis instent coram D. Nostro Auditore prævia cita-
tione Partis adversæ, faciendâ per Acta infra-
scripti Notarii Archivi cum insertione Commissio-
num signandarum ad formam decretorum ejusdem
D. Auditoris, cujus decreta habeant vim Rescripti
Plenæ Signaturæ, & perinde ac si ex illa emanaf-
sent; Quibus non acquiescentes tunc possint recur-
rere ad Nos, & edocti de gravamine eorumdem in-
demnitati consulendum.

Ab eodem
Auditore
expeden-
diæ reinte-
grationes
inhibitioni-
um, &
alia &c.

§. 2. Ulterius mandamus, quod nemo pariter
audeat adire plenam Signaturam, quando agitur
tam de reintegratione Inhibitionum moderatarum,
ob non transportationem Actorum à Sacra Rota, &
Judicibus Commissariis, seu communicatione earum-
dem facultatum A. C., quàm de reintegratione,
vel moderatione inhibitionum A. C., & aliorum
quorumcunque Judicium, sicuti de remissione Cau-
sarum, declaratione Jurisdictionum, ac deputatio-
ne Judicum, seu pro purgatione, vel reiectione
attentatorum, sed pro illis instent coram eodem

D. Nostro Auditore prævia citatione Partis adver-
sæ, cujus decreta super his habeant pariter vim re-
scripti plenæ Signaturæ, quibus, si non acquie-
verint, tunc liceat recurrere ad eandem plenam Signa-
turam, in qua si succubuerint, Parti victrici solitas
expensas scutorum quatuor Procuratores in penam
reficere teneantur.

§. 3. Inhaerendo decreto facto per cla. mem. Card.
Cynthia Aldobrandinum nostrum Antecessorem,
cujus tenor est videlicet. Si quando inter Litigato-
res de expedienda Commissione convenerit, ipsi-
met, vel eorum Procuratores ad indicandum huius-
modi consensum sua cujusque nomina pariter à
tergo Commissionis inscribant. Procuratores au-
tem, qui absque legitimo mandato tale quidpiam
ausi fuerint expensas, damna, & interesse per Illu-
stris. Dominum Præfectum extrajudicialiter taxan-
da læsæ Parti præstare damnabuntur, gravioribus
etiam pœnis pro culpa, dolique mali modo ejus-
dem Illustris. D. Præfecti arbitrio infligendis. Volu-
mus, & mandamus, quod in futurum, si Partes,
vel Procuratores convenerint de expedienda commis-
sione, Revisor juxta illorum consensum Commissiones
signandas nobis asserere teneatur, injungentes ta-
men Procuratoribus observantiam laudati decreti
sub eisdem pœnis, & aliis arbitrio nostro inflig-
endis.

§. 4. Insuper prohibemus transmitti in plena
Signaturæ Commissiones pro simplici circumscriptione
sententiarum, vel decretorum, sed debeant in
eisdem Commissionibus alternativè petere, quod
quatenus non sit locus circumscriptioni, committatur
causa appellationis cum clausulis opportunis, ne
Partes reiteratis propositionibus onerentur.

§. 5. Et demum præcipimus, quod imposterum
caveant DD. Ponentes subscribere propositiones Cau-
sarum contra formam præsentium Decretorum, nam
non obstante eorum subscriptione Causæ non pro-
ponentur, & Procuratores in expensis, & aliis gra-
vioribus pœnis damnabuntur.

§. 6. Quæ omnia, & singula inviolabiliter fer-
vari volumus, & mandamus, una cum aliis omni-
bus demandatis in antiquis Edictis sub hac hodierna
die iterum promulgatis, neque sub quovis prætex-
tu, causa, vel colore, sive de Partium consensu li-
citur sit contravenire sub pœnis suspensionis, & aliis
gravioribus arbitrio nostro infligendis. Datum Ro-
mæ ex Palatio nostræ solitæ residentiae hac die . . .
Julii 1692.

F. Card. Chifius Præfectus.

C. Origus Auditor.

Franciscus Leonus Arch. Rom. Curie Scriptor.

Die, mense, & Anno quibus supra, supradicta Decreta affixa, & publicata fuerunt ad valvas Curiae, & in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Gregorium Staggium SS. D. N. PP. Curs.

Pro D. Mag. Curs. Agapitus de Magistris Curs.

Decretum super Cautelis Angeli, & Dilationibus
Quinquennalibus.

LXXIII.

§. 1. **A**D dirimendos litium circuitus, ipso-
rumque litigantium defatigationes, &
damna in grave præjudicium rectæ, ut decet, &
expeditæ Justitiæ, Congregatio Particularis Præ-
latorum, aliorumque, ut infra, à Sanctis. D. N.
INNOCENTIO Divina Providentia P. A.
PA XII, specialiter deputata, & approbata, ex-
pressè præcipit, & mandat, quod imposterum In-
hibitiones, quæ nuncupantur Cautelæ Angeli,
etiam ex causa Dotis, seu Instrumentorum, &

De Com-
missioni-
bus quæ
departium
consensu
expediuntur.

Pro cir-
cumscrip-
tione so-
la senten-
tiæ cum
non porri-
guntur
Commis-
siones.

Non con-
travenien-
dum ne-
que de
consensu
Partium.

Publicatio
1692.

Inhibi-
tiones ex-
cautela
Angeli non
concedun-
tur nisi do-
cto de ti-
tulo, vel
possessione.

Char-

Chartarum dotialium, à nullo ex Romanæ Curie Judicibus, nemine penitus excepto, concedantur, nisi per petentem fuerit prius summarie doctum de titulo, vel saltem possessione illius rei, vel rerum, quam, vel quas voluerit sub ipsa Inhibitione comprehendere.

Ad Judices mandatorum pertinet dictas inhibitiones attendere, vel moderari, & super attentatis prætentis cognoscere.

§. 2. Quodque pariter in posterum eadem Cautelæ Angeli, siue agatur de hærede beneficiato, siue de tertiis personis, siue citatis, siue non citatis, tam ante quam post executionem, quam etiam in quacumque parte Judicii, debeant omnino, ac solum intimari, & allegari coram Judicibus Mandatorum, dummodo iidem Judices Mandatorum habituales habeant Jurisdictionem, siue alias habitu sint competentes: Ipsique Judices Mandatorum possint, & debeant, prout Juris fuerit, easdem Inhibitiones modo, quo supra intimatas, allegatas, seu præsentatas observare, vel moderari, perinde ac si forent Judices, qui hujusmodi Inhibitiones concessissent: Et idcirco si à Partibus prætentantur commissa aliqua attentata in spærum earumdem Inhibitionum, nullus alius Judex sub hoc prætextu se ingerere possit, quocumque usu, consuetudine, vel privilegio non obstante, sed de eisdem attentatis cognoscere dumtaxat possint, & debeant memorati Judices Mandatorum.

Non exequendum mandatum nisi obtemperante moderatione.

§. 3. Declarando tamen, quod per hoc non intenditur permittere Creditoribus, quod eis liceat exequi illorum Mandata, quatenus à Tertio non citato in actu executionis fuerit præsentata aliqua Inhibitio, ut supra legitime obtemperata, sed in hoc casu debeat Executor abstinere ab executione, donec coram Judice Mandati fuerit obtemperata moderatio ipsius inhibitionis, alioquin idem Judex Mandati teneatur rigorose procedere ad purgationem Attentatorum, ac si esset idem Judex spætræ Inhibitionis.

Fieri tamen potest descriptio mobilium, & se moventium.

§. 4. Verum quia quandoque executio dirigitur ad Mobilia, se moventia, aliaque de facili asportabilia, & occultabilia, unde obtemperatum per Creditorem moderatione Inhibitionis, illæ res executioni subiiciendæ amplius non reperiuntur, in supplantationem, & præjudicium ejusdem Creditoris; Propterea eadem Congregatio Particularis præcipit, & decernit, quod in posterum casu quo abstinendum, ut supra, sit ab executione, liceat ipsis Creditoribus describi facere propriis sumptibus præfata Mobilia, & se moventia, aliaque hujusmodi asportabilia, & occultabilia, eaque sic descripta remanere debeant penes eandem personam prædictæ Inhibitione munitam, facta tamen obligatione de habendo in forma depositi, & restituendo ad omne Mandatum Judicis.

Semel justificata inhibitiones, quoad alios standum indicationi Jurium.

§. 5. At si forte contingeret, quod tales Cautelæ, ac Inhibitiones alias existerent contra alios Creditores legitime, ut supra, semel intimatæ, ac cum aliqua Judicis interlocutione justificatæ, tunc ad parcendum sumptibus indebitis prædictæ Congregatio Particularis mandat, & injungit, quod pro nova justificatione faciendâ stari omnino debeat indicationi Jurium contra præfatos alios Creditores jam productorum, vel repetitorum.

In dilatoriis concedendis uxor pro dote non est numeranda inter Creditores.

ET ut pariter evitentur fraudes, & simulationes, quæ quotidie (ut docet experientia) committuntur in concessione Induciarum, seu Dilationum favore Debitorum, memorata Congregatio Particularis decrevit, & ordinavit, quod in posterum in quibuscumque Dilationibus, Induciis, siue Moratoriis, Uxor pro sua dote, aliisque creditis nullo modo connumerari possit, aut debeat inter Creditores, alias Dilationes, Induciæ, vel Moratoriæ contra formam præfatis Decreti quomodolibet concessæ nullius existant roboris, ac penitus sperni valeant. Die 13. Julii 1692.

Facta relatione Sanctissimo prædictorum Decretorum, idem Sanctissimus approbavit, ac observari mandavit in omnibus Curis, & Tribunalibus.

Anfaldus de Anfaldis SS. D.N. Auditor.

Nomina autem Prælatorum, aliorumque prædictæ Congregationis Particularis à SS. deputata sunt hæc.

R. P. D. Prosper Bottinus Archiep. Myren. Fisci. & Camera Apost. Advocatus, & Fidei Promotor.
R. P. D. Federicus Caccia Sacre Rotæ Auditor.
R. P. D. Jo. Dominicus Thomatus A. C. Locumtenens.
R. P. D. Curtius Origus Auditor Eminentiss. D. Cardinalis Præfetti Signaturæ Justitiæ.
R. P. D. Joseph Sacripantes SS. D.N. Subdatarius.
R. P. D. Ferdinandus Nuptius R. C. A. Commiliarius Generalis.
R. P. D. Anfaldus de Anfaldis Auditor Sanctissimi.
D. Fattinellus de Fattinellis Primus Collateralis Curie Capitoli.

Cum interventu etiam.

D. Ulyssis Calvi V. Decani Collegii DD. Patronorum S. P. A.
D. Josephi Livaldini Procuratoris Pauperum recurrentium ad publicam Audientiam SS. D.N.
Et D. Antonii de Simeonibus Secretarii Sacre Congregationis Generalis super reformatione Tribunalium.

Pro D. Successore D. Nicolai Florelli olim A. C. & S. P. A. Notarii Angelus Montanus pro Rev. Camera Administrator deputat.

Die mense, & Anno, quibus supra, prædictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curie, in Atrio Campi Floræ, & aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Joannem Baptistam de Comitibus Apostolicum Cursorem.

Agapitus de Magistris Curs. Mag.

Decretum super observatione, & declaratione Privilegiorum Affidæ.

Publicatio
1692.

LXXIV.

§. 1. **I**cet in Decretis Sacre Congregationis super Reformatione editis tempore San. mem. Urbani VIII. & confirmatis per San. mem. Innocentium XI. in ejus Constitutione incipiente, *Decet Romanum Pontificem*, inter cætera sancitum fuerit, quod quibuscumque solventibus Fidam grossam, habentibus tamen requisita necessaria, serventur solitæ Inhibitiones, omnibus verò aliis Fidæ, & Inhibitiones non suffragentur, nisi respectu rerum Fidam concernentium: Nihilominus quia contra, seu præter intellectum eorumdem Decretorum, ac Privilegiorum Affidæ plures irreperunt abusus nimis administrationi Justitiæ, ac felici regimini præjudiciales; Congregatio Particularis, ut infra, à Sanctiss. D.N. INNOCENTIO Divinâ Providentiâ Papa XII. deputata, & approbata, re maturè discussa, & auditis interessè habentibus declaravit.

Urbanus VIII. & Innocentius XI. declarant Fidem, & Inhibitiones suffragari tantum in rebus Fide.

§. 2. Quod solventibus Fidam grossam (habentibus tamen, ut supra, requisita necessaria) Privilegium Fori suffragetur dumtaxat quoad executionem personalem, ipsasque res, seu bona affidata, & tantummodo in Causis, ac negotiis quomodocumque, & qualitercumque eandem Fidam concernentibus, vel ab ea dependentibus, & non in aliis.

Sanctissimus declarat in quibus suffragentur solventibus Fidam grossam.

§. 3. Solventibus verò Fidam parvam, prout sunt Affidati Urbis Romæ, Latii, Sabinæ, ac Maritimæ, & Campanæ, idem fori Privilegium, & Inhibitiones suffragentur pariter quoad res affidatas tantum, & in Causis (ut supra) Fidam quomodocumque concernentibus; Quod verò ad personas, nullo modo idem Privilegium, vel Inhibitiones juvent, nisi ex professo, seu principaliter incumbant servitio Gregis, & Animalium affidatorum.

In quibus solventibus Fidam parvam.